

**SUMMER SCHOOL 2019**

**DIRITTI, DOVERI, HUMANITAS. IN DIALOGO CON I CLASSICI**

**Nuove prospettive sull'insegnamento delle materie classiche nella  
scuola.**

**LABORATORIO**

**“Mostrare la via agli erranti”**

**Costruzione di percorsi di ricerca e di esercitazioni per  
l'Esame di Stato tra filantropia antica e diritti umani.**

**ALBERTO PAVAN**



Antonio Balestra (1666-1740), *Venere cacciatrice appare a Enea*, Galleria Buonaccorsi, Macerata

## MIXTA

### 1. Unioni forzate

#### Articolo 3

Ogni individuo ha diritto alla vita, alla libertà ed alla sicurezza della propria persona.

#### Articolo 16

1. Uomini e donne in età adatta hanno il diritto di sposarsi e di fondare una famiglia, senza alcuna limitazione di razza, cittadinanza o religione. Essi hanno eguali diritti riguardo al matrimonio, durante il matrimonio e all'atto del suo scioglimento.

2. Il matrimonio potrà essere concluso soltanto con il libero e pieno consenso dei futuri coniugi.

3. La famiglia è il nucleo naturale e fondamentale della società e ha diritto ad essere protetta dalla società e dallo Stato.

*Sesto Tarquinio, figlio di Tarquinio il Superbo, invitato a cena da Collatino, conobbe Lucrezia, moglie di Collatino, se ne invaghì per la bellezza e la provata castità, e fu preso dal desiderio di possederla a tutti i costi. Qualche giorno più tardi, all'insaputa di Collatino, andò a Collatia da Lucrezia che, ignorando le sue reali intenzioni, lo accolse in modo ospitale. Terminata la cena, andò a coricarsi nella stanza degli ospiti. Nel pieno della notte si recò nella stanza di Lucrezia con la spada e la immobilizzò... Il testo greco è tratto dal terzo coro delle Supplici di Eschilo intonato dalle Danaidi in segno di gratitudine nei confronti di Pelasgo, che ha perorato la supplica delle fanciulle in assemblea e ha ottenuto il consenso per la loro richiesta di essere accolte ad Argo, pur avendo rifiutato le nozze imposte loro con i figli di Egitto.*

#### Tito Livio, I 58: la morte di Lucrezia

[58] Paucis interiectis diebus Sex. Tarquinius inscio Collatino cum comite uno Collatiam venit. Ubi exceptus benigne ab ignaris consilii cum post cenam in hospitale cubiculum deductus esset, amore ardens, postquam satis tuta circa sopitque omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit sinistraque manu mulieris pectore oppresso "Tace, Lucretia" inquit; "Sex. Tarquinius sum; ferrum in manu est; moriere, si emiseris vocem." Cum pavida ex somno mulier nullam opem, prope mortem imminentem videret, tum Tarquinius fateri amorem, orare, miscere precibus minas, versare in omnes partes muliebrem animum. Ubi obstinatum videbat et ne mortis quidem metu inclinari, addit ad metum dedecus: cum mortua iugulatum servum nudum positurum ait, ut in sordido adulterio necata dicatur.

Quo terrore cum vicisset obstinatum pudicitiam velut vi victrix libido, profectusque inde Tarquinius ferox expugnato decore muliebri esset, Lucretia maesta tanto malo nuntium Romam eundem ad patrem Ardeamque ad virum mittit, ut cum singulis fidelibus amicis veniant; ita facto maturatoque opus esse; rem atrocem incidisse. Sp. Lucretius cum P. Valerio Volesi filio, Collatinus cum L. Iunio Bruto venit, cum quo forte Romam rediens ab nuntio uxoris erat conventus. Lucretiam sedentem maestam in cubiculo inveniunt. Adventu suorum lacrimae obortae, quaerentique viro "Satin salve?" "Minime" inquit; "quid enim salvi est mulieri amissa pudicitia? Vestigia viri alieni, Collatine, in lecto sunt tuo; ceterum corpus est tantum violatum, animus insons; mors testis erit. Sed date dexteram fidemque haud impune adultero fore. Sex. est Tarquinius qui hostis pro hospite priore nocte vi armatus mihi sibi, si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium." Dant ordine omnes fidem; consolantur aegram animi avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti: mentem peccare, non corpus, et unde consilium afuerit culpam abesse. "Vos" inquit "uideritis quid illi debeatur: ego me etsi peccato absolvo, supplicio non libero; nec ulla deinde impudica Lucretiae exemplo vivet."

Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit, prolapsaque in volnus moribunda cecidit. Conclamat vir paterque.

Brutus illis luctu occupatis cultrum ex vulnere Lucretiae extractum, manantem cruore prae se tenens, "Per hunc" inquit "castissimum ante regiam iniuriam sanguinem iuro, vosque, di, testes facio me L. Tarquinius Superbum cum scelerata coniuge et omni liberorum stirpe ferro igni quacumque dehinc vi possim exsecuturum, nec illos nec alium quemquam regnare Romae passurum." Cultrum deinde Collatino tradit, inde Lucretio ac Valerio, stupentibus miraculo rei, unde novum in Bruti pectore ingenium. Ut praeceptum erat iurant; totique ab luctu versi in iram, Brutum iam inde ad expugnandum regnum vocantem sequuntur ducem.

**Aesch. *Supplici*, III coro I strofe e antistrofe, 630-655**

νῦν ὅτε καί, θεοὶ  
διογενεῖς, κλύοιτ' εὐ-  
κταῖα γένει χεούσας:  
μήποτε πυρίφατον  
γᾶν Πελασγίαν πόλιν 635  
τὸν ἄκορον βοᾶς,  
κτίσαι μάχλον Ἄπη,  
τὸν ἀρότοις θερί-  
ζοντα βροτούς ἐν ἄλλοις,  
οὐνεκ' ὤκτισαν ἡμᾶς, 640  
ψῆφον δ' εὐφρον' ἔθεντο,  
αἰδοῦνται δ' ἰκέτας Διός,  
ποίμναν τάνδ' ἀμέγαρτον:  
οὐδὲ μετ' ἀρσένων  
ψῆφον ἔθεντ' ἀτιμώ-  
σαντες ἔριν γυναικῶν, 645  
Δῖον ἐπιδόμενοι  
πράκτορά τε σκοπὸν  
δυσπολέμητον, ὃν οὐ  
τίς ἂν δόμος ἔχοι  
ἐπ' ὀρόφων μιαι- 650  
νοντα; βαρὺς δ' ἐφίζει.  
ἄζονται γὰρ ὀμαίμους  
Ζηνὸς ἵκτορας ἀγνοῦ.  
τοιγάρτοι καθαροῖσι βω-  
μοῖς θεοὺς ἀρέσσονται. 655

## 2. I doveri degli uomini

### Articolo 29

1. Ogni individuo ha dei doveri verso la comunità, nella quale soltanto è possibile il libero e pieno sviluppo della sua personalità.
2. Nell'esercizio dei suoi diritti e delle sue libertà, ognuno deve essere sottoposto soltanto a quelle limitazioni che sono stabilite dalla legge per assicurare il riconoscimento e il rispetto dei diritti e delle libertà degli altri e per soddisfare le giuste esigenze della morale, dell'ordine pubblico e del benessere generale in una società democratica.
3. Questi diritti e queste libertà non possono in nessun caso essere esercitati in contrasto con i fini e principi delle Nazioni Unite.

*Contro Apione è un'opera polemica scritta da Giuseppe Flavio in difesa del giudaismo in quanto religione e filosofia, mettendo l'accento sulla sua antichità rispetto alla tradizione dei Greci da lui recepita come più recente. Contro Apione cita l'opera maggiore dello stesso Giuseppe Antichità giudaiche, e quindi può essere datato dopo il 94 d. C.. Fu probabilmente composta agli inizi del secondo secolo.*

*L'autore enumera le principali regole che Mosè ha dato al popolo ebraico, in cui si riconoscono i classici communia, enumerati anche da Cicerone, che devono esortare alla mitezza e alla φιλανθρωπία nei confronti non solo di chi ci è vicino, ma nei confronti anche dei nemici.*

*Anche Seneca nel secondo testo sostiene che alla base dei rapporti tra gli uomini ci devono essere dei comportamenti di reciproca solidarietà, quali mostrare la via agli erranti, dare cibo agli affamati e soccorrere i naufraghi: questi sono i communia su cui si fonda la societas hominum.*

### 1. Giuseppe Flavio, *Contro Apione*, 211-214

211 Τάλλα δὲ προείρηκεν, ὧν ἡ μετάδοσις ἐστὶν ἀναγκαία· πᾶσι παρέχειν τοῖς δεομένοις πῦρ, ὕδωρ, τροφήν, ὁδοὺς, φράζειν, ἄταφον μὴ περιορᾶν, ἐπιεικεῖς δὲ καὶ τὰ πρὸς τοὺς πολεμίους κριθέντας εἶναι. 212 οὐ γὰρ ἔῃ τὴν γῆν αὐτῶν πυρπολεῖν οὐδὲ τέμνειν ἡμερα δένδρα, ἀλλὰ καὶ σκυλεύειν ἀπείρηκεν τοὺς ἐν τῇ μάχῃ πεσόντας καὶ τῶν αιχμαλώτων προυνόησεν, ὅπως αὐτῶν ὕβρις ἀπῆ, μάλιστα δὲ γυναικῶν. 213 Οὕτως δ'ἡμερότητα καὶ φιλανθρωπίαν ἡμᾶς ἐξεπαίδευσεν, ὡς μηδὲ τῶν ἀλόγων ζώων ὀλιγορεῖν, ἀλλὰ μόνην ἔφηκε τούτων χρῆσιν τὴν νόμιμον, πᾶσαν δ'ἐτέραν ἐκόλυσεν· ἃ δ'ὡσπερ ἰκετεύοντα προσφεύγει ταῖς οἰκίαις ἀπεῖπεν ἀνελεῖν. Οὐδὲ νεοττοῖς τοὺς γονέας αὐτῶν ἐπέτρεψε συνεξαίρειν, φείδεσθαι δὲ κελεύει κἂν τῇ πολεμίᾳ τῶν ἐργαζομένων ζώων καὶ μὴ φονεύειν. 214 Οὕτως πανταχόθεν τὰ πρὸς ἐπιείκειαν περιεσκεύασατο, διδασκαλικοῖς μὲν τοῖς προειρημένοις χρησάμενος νόμοις, τοὺς δ'αὖ κατὰ τῶν παραβαινόντων τιμωρητικοὺς τάξας ἄνευ προφάσεως.

### Seneca, *Ep. 95*, 51-54: Il dovere della solidarietà

[51] Ecce altera quaestio, quomodo hominibus sit utendum. Quid agimus? quae damus praecepta? Ut parcamus sanguini humano? quantum est ei non nocere cui debeas prodesset! Magna scilicet laus est si homo mansuetus homini est. Praecipiemus ut naufrago manum porrigat, erranti viam monstret, cum esuriante panem suum dividat? Quare omnia quae praestanda ac vitanda sunt dicam? cum possim breviter hanc illi formulam humani officii tradere: [52] omne hoc quod vides, quo divina atque humana

conclusa sunt, unum est; membra sumus corporis magni. Natura nos cognatos edidit, cum ex isdem et in eadem gigneret; haec nobis amorem indidit mutuum et sociabiles fecit. Illa aequum iustumque composuit; ex illius constitutione miserius est nocere quam laedi; ex illius imperio paratae sint iuvandis manus. [53] Ille versus et in pectore et in ore sit:

homo sum, humani nihil a me alienum puto.

Habeamus in commune: <in commune> nati sumus. Societas nostra lapidum fornicationi simillima est, quae, casura nisi in vicem obstarent, hoc ipso sustinetur.

[54] Post deos hominesque dispiciamus quomodo rebus sit utendum. In supervacuum praecepta iactabimus nisi illud praecesserit, qualem de quacumque re habere debeamus opinionem, de paupertate, de divitiis, de gloria, de ignominia, de patria, de exilio. Aestimemus singula fama remota et quaeramus quid sint, non quid vocentur.

### 3. La schiavitù: una differenza con il mondo moderno

#### Articolo 1

Tutti gli esseri umani nascono liberi ed eguali in dignità e diritti. Essi sono dotati di ragione e di coscienza e devono agire gli uni verso gli altri in spirito di fratellanza.

#### Articolo 4

Nessun individuo potrà essere tenuto in stato di schiavitù o di servitù; la schiavitù e la tratta degli schiavi saranno proibite sotto qualsiasi forma.

*Aristotele dà una giustificazione del carattere naturale della schiavitù. Comincia la sua argomentazione con la superiorità dell'anima sul corpo, per poi passare a quella dell'uomo sugli animali e del maschio sulla femmina. Giova in conclusione a chi è più debole essere dominato da chi è più forte.*

*La lettera di Seneca è interamente dedicata alla condizione degli schiavi. Il filosofo riflette sul fatto che, oltre a essere schiavi, sono anche uomini e che, come tale, sono compagni di una schiavitù che accomuna tutti. Seguita elencando i trattamenti disumani cui gli schiavi sono sottoposti e invitando i padroni a un comportamento mite. Non per questo Seneca si dichiara contrario alla schiavitù, ma espone la teoria stoica secondo cui il vero schiavo è colui che obbedisce alle passioni, mentre veramente libero è colui che domina le passioni. Trasferisce quindi il problema su di un piano filosofico.*

#### Arst., *Politica* 1254a, 34-1254b

ὅσα γὰρ ἐκ πλειόνων συνέστηκε καὶ γίνεται ἔν τι κοινόν, εἴτε ἐκ συνεχῶν εἴτε ἐκ [30] διηρημένων, ἐν ἅπασιν ἐμφαίνεται τὸ ἄρχον καὶ τὸ ἀρχόμενον, καὶ τοῦτο ἐκ τῆς ἀπάσης φύσεως ἐνυπάρχει τοῖς ἐμψύχοις: καὶ γὰρ ἐν τοῖς μὴ μετέχουσι ζωῆς ἔστι τις ἀρχή, οἷον ἀρμονίας. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξωτερικωτέρας ἐστὶ σκέψεως: τὸ δὲ ζῶον πρῶτον συνέστηκεν ἐκ ψυχῆς [35] καὶ σώματος, ὧν τὸ μὲν ἄρχον ἐστὶ φύσει τὸ δ' ἀρχόμενον. δεῖ δὲ σκοπεῖν ἐν τοῖς κατὰ φύσιν ἔχουσι μᾶλλον τὸ φύσει, καὶ μὴ ἐν τοῖς διεφθαρμένοις: διὸ καὶ τὸν βέλτιστα διακειμένον καὶ κατὰ σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν ἄνθρωπον θεωρητέον, ἐν ᾧ τοῦτο δῆλον: [1254β] τῶν γὰρ μοχθηρῶν ἢ μοχθηρῶς ἐχόντων δόξειεν ἂν ἄρχειν πολλάκις τὸ σῶμα τῆς ψυχῆς διὰ τὸ φαύλως καὶ παρὰ φύσιν ἔχειν.

ἔστι δ' οὖν, ὡσπερ λέγομεν, πρῶτον ἐν ζῳῷ θεωρῆσαι καὶ δεσποτικὴν ἀρχὴν καὶ πολιτικὴν: ἡ μὲν γὰρ ψυχὴ τοῦ σώματος [5] ἄρχει δεσποτικὴν ἀρχήν, ὁ δὲ νοῦς τῆς ὀρέξεως πολιτικὴν ἢ βασιλικήν: ἐν οἷς φανερόν ἐστιν ὅτι κατὰ φύσιν καὶ συμφέρον τὸ ἄρχεσθαι τῷ σώματι ὑπὸ τῆς ψυχῆς, καὶ τῷ παθητικῷ μορίῳ ὑπὸ τοῦ νοῦ καὶ τοῦ μορίου τοῦ λόγον ἔχοντος, τὸ δ' ἐξ ἴσου ἢ ἀνάπαλιν βλαβερόν πᾶσιν. [10] πάλιν ἐν ἀνθρώπῳ καὶ τοῖς ἄλλοις ζῳοῖς ὡσαύτως: τὰ μὲν γὰρ ἡμερᾶ τῶν ἀγρίων βελτίω τὴν φύσιν, τούτοις δὲ πᾶσι βέλτιον ἄρχεσθαι ὑπ' ἀνθρώπου: τυγχάνει γὰρ σωτηρίας οὕτως. ἔτι δὲ τὸ ἄρρεν πρὸς τὸ θῆλυ φύσει τὸ μὲν κρεῖττον τὸ δὲ χεῖρον, καὶ τὸ μὲν ἄρχον τὸ δ' ἀρχόμενον.

#### Seneca, *Epistola* 47: Analisi della schiavitù

[1] Libenter ex iis qui a te veniunt cognovi familiariter te cum servis tuis vivere: hoc prudentiam tuam, hoc eruditionem decet. 'Servi sunt.' Immo homines. 'Servi sunt.' Immo contubernales. 'Servi sunt.' Immo humiles amici. 'Servi sunt.' Immo conservi, si cogitaveris tantundem in utrosque licere fortunae. [2] Itaque rideo istos qui turpe existimant cum servo suo cenare: quare, nisi quia superbissima consuetudo cenanti domino stantium servorum turbam circumdedit? Est ille plus quam capit, et ingenti aviditate onerat distentum ventrem ac desuetum iam ventris officio, ut maiore opera omnia egerat quam ingessit. [3] At infelicibus servis movere labra ne in hoc quidem ut loquantur, licet; virga murmur omne compescitur, et ne fortuita quidem verberibus excepta sunt, tussis, sternumenta, singultus; magno malo ulla voce interpellatum silentium luitur; nocte tota ieiuni mutique

perstant. [4] Sic fit ut isti de domino loquantur quibus coram domino loqui non licet. At illi quibus non tantum coram dominis sed cum ipsis erat sermo, quorum os non consuebatur, parati erant pro domino porrigere cervicem, periculum imminens in caput suum avertere; in conviviis loquebantur, sed in tormentis tacebant. [5] Deinde eiusdem arrogantiae proverbium iactatur, totidem hostes esse quot servos: non habemus illos hostes sed facimus. Alia interim crudelia, inhumana praetereo, quod ne tamquam hominibus quidem sed tamquam iumentis abutimur. [quod] Cum ad cenandum discubimus, alius sputa deterget, alius reliquias temulentorum <toro> subditus colligit. [6] Alius pretiosas aves scindit; per pectus et clunes certis ductibus circumferens eruditam manum frustra excutit, infelix, qui huic uni rei vivit, ut altitia decenter secet, nisi quod miserior est qui hoc voluptatis causa docet quam qui necessitatis discit. [7] Alius vini minister in muliebrem modum ornatus cum aetate luctatur: non potest effugere pueritiam, retrahitur, iamque militari habitu glaber retritit pilis aut penitus evulsis tota nocte pervigilat, quam inter ebrietatem domini ac libidinem dividit et in cubiculo vir, in convivio puer est. [8] Alius, cui convivarum censura permissa est, perstat infelix et exspectat quos adulatio et intemperantia aut gulae aut linguae revocet in crastinum. Adice obsonatores quibus dominici palati notitia subtilis est, qui sciunt cuius illum rei sapor excitet, cuius delectet aspectus, cuius novitate nauseabundus erigi possit, quid iam ipsa satietate fastidiat, quid illo die esuriant. Cum his cenare non sustinet et maiestatis suae deminutionem putat ad eandem mensam cum servo suo accedere. Di melius! quot ex istis dominos habet! [9] Stare ante limen Callisti domi num suum vidi et eum qui illi impegerat titulum, qui inter reicula mancipia produxerat, aliis intrantibus excludi. Rettulit illi gratiam servus ille in primam decuriam coniectus, in qua vocem praeco experitur: et ipse illum invicem apologavit, et ipse non iudicavit domo sua dignum. Dominus Callistum vendidit: sed domino quam multa Callistus!

[10] Vis tu cogitare istum quem servum tuum vocas ex isdem seminibus ortum eodem frui caelo, aequae spirare, aequae vivere, aequae mori! tam tu illum videre ingenuum potes quam ille te servum. Variana clade multos splendidissime natos, senatorium per militiam auspicantes gradum, fortuna depressit: alium ex illis pastorem, alium custodem casae fecit. Contemne nunc eius fortunae hominem in quam transire dum contemnis potes.

[11] Nolo in ingentem me locum immittere et de usu servorum disputare, in quos superbissimi, crudelissimi, contumeliosissimi sumus. Haec tamen praecepti mei summa est: sic cum inferiore vivas quemadmodum tecum superiorem velis vivere. Quotiens in mentem venerit quantum tibi in servum <tuum> liceat, veniat in mentem tantundem in te domino tuo licere. [12] 'At ego' inquis 'nullum habeo dominum.' Bona aetas est: forsitan habebis. Nescis qua aetate Hecuba servire coeperit, qua Croesus, qua Darei mater, qua Platon, qua Diogenes? [13] Vive cum servo clementer, comiter quoque, et in sermonem illum admitte et in consilium et in convictum.

Hoc loco acclamabit mihi tota manus delicatorum 'nihil hac re humilium, nihil turpius'. Hos ego eosdem deprehendam alienorum servorum osculantes manum. [14] Ne illud quidem videtis, quam omnem invidiam maiores nostri dominis, omnem contumeliam servis detraxerint? Dominum patrem familiae appellaverunt, servos - quod etiam in mimis adhuc durat - familiares; instituerunt diem festum, non quo solo cum servis domini vescerentur, sed quo utique; honores illis in domo gerere, ius dicere permiserunt et domum pusillam rem publicam esse iudicaverunt. [15] 'Quid ergo? omnes servos admovebo mensae meae?' Non magis quam omnes liberos. Erras si existimas me quosdam quasi sordidioris operae reiecturum, ut puta illum mulionem et illum bubulcum. Non ministeriis illos aestimabo sed moribus: sibi quisque dat mores, ministeria casus assignat. Quidam cenent tecum quia digni sunt, quidam ut sint; si quid enim in illis ex sordida conversatione servile est, honestiorum convictus excutiet. [16] Non est, mi Lucili, quod amicum tantum in foro et in curia quaeras: si diligenter attenderis, et domi invenies. Saepe bona materia cessat sine artifice: tempta et experire. Quemadmodum stultus est qui equum empturus non ipsum inspicit sed stratum eius ac frenos, sic stultissimus est qui hominem aut ex veste aut ex condicione, quae vestis modo nobis circumdata est,

aestimat. [17] 'Servus est.' Sed fortasse liber animo. 'Servus est.' Hoc illi nocebit? Ostende quis non sit: alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni, <omnes spei>, omnes timori. Dabo consularem aniculae servientem, dabo ancillulae divitem, ostendam nobilissimos iuvenes mancipia pantomimorum: nulla servitus turpior est quam voluntaria. Quare non est quod fastidiosi isti te deterreant quominus servis tuis hilarem te praestes et non superbe superiorem: colant potius te quam timeant.

[18] Dicet aliquis nunc me vocare ad pilleum servos et dominos de fastigio suo deicere, quod dixi, 'colant potius dominum quam timeant'. 'Ita' inquit 'prorsus? colant tamquam clientes, tamquam salutatores?' Hoc qui dixerit obliviscetur id dominis parum non esse quod deo sat est. Qui colitur, et amatur: non potest amor cum timore misceri. [19] Rectissime ergo facere te iudico quod timeri a servis tuis non vis, quod verborum castigatione uteris: verberibus muta admonentur. Non quidquid nos offendit et laedit; sed ad rabiem cogunt pervenire deliciae, ut quidquid non ex voluntate respondit iram evocet. [20] Regum nobis induimus animos; nam illi quoque obliti et suarum virium et imbecillitatis alienae sic excandescunt, sic saeviunt, quasi iniuriam acceperint, a cuius rei periculo illos fortunae suae magnitudo tutissimos praestat. Nec hoc ignorant, sed occasionem nocendi captant querendo; acceperunt iniuriam ut facerent.

[21] Diutius te morari nolo; non est enim tibi exhortatione opus. Hoc habent inter cetera boni mores: placent sibi, permanent. Levis est malitia, saepe mutatur, non in melius sed in aliud. Vale.



#### 4. Leggi e *ius naturale*

##### Articolo 5

Nessun individuo potrà essere sottoposto a tortura o a trattamento o a punizione crudeli, inumani o degradanti.

*Nel VII secolo a. C. a Mezio Fufezio, dittatore di Alba Longa, accusato di avere violato il patto con i Romani, viene inferto un supplizio atroce con valore esemplare, che però Tito Livio dice avere poco tenuto in considerazione le leggi umane. Nel testo greco all'editto di Creonte, che vieta la sepoltura di Polinice, nemico della propria patria, si oppone Antigone, la quale si oppone fieramente al dispotismo di Creonte, argomentando che la sua legge contravviene a Zeus e a Dike, alle leggi non scritte insomma che sono eterne e più potenti degli uomini.*

##### **Tito Livio I 28 Mezio Fufezio**

Nec ea culpa quam arguo omnium Albanorum est: ducem secuti sunt, ut et vos, si quo ego inde agmen declinare voluissem, fecissetis. Mettius ille est ductor itineris huius, Mettius idem huius machinator belli, Mettius foederis Romani Albanique ruptor. Audeat deinde talia alius, nisi in hunc insigne iam documentum mortalibus dederō."

Centuriones armati Mettium circumsistunt; rex cetera ut orsus erat peragit: "Quod bonum faustum felixque sit populo Romano ac mihi vobisque, Albani, populum omnem Albanum Romam traducere in animo est, civitatem dare plebi, primores in patres legere, unam urbem, unam rem publicam facere; ut ex uno quondam in duos populos divisa Albana res est, sic nunc in unum redeat." Ad haec Albana pubes, inermis ab armatis saepta, in variis voluntatibus communi tamen metu cogente, silentium tenet. Tum Tullus "Metti Fufeti" inquit, "si ipse discere posses fidem ac foedera servare, vivo tibi ea disciplina a me adhibita esset; nunc quoniam tuum insanabile ingenium est, at tu tuo supplicio doce humanum genus ea sancta credere quae a te violata sunt. Ut igitur paulo ante animum inter Fidenatem Romanamque rem ancipitem gessisti, ita iam corpus passim distrahendum dabis." Exinde duabus admotis quadrigis, in currus earum distentum inligat Mettium; deinde in diversum iter equi concitati, lacerum in utroque curru corpus, qua inhaeserant vinculis membra, portantes. avertere omnes ab tanta foeditate spectaculi oculos. Primum ultimumque illud supplicium apud Romanos exempli parum memoris legum humanarum fuit: in aliis gloriari licet nulli gentium mitiores placuisse poenas.

##### **Soph., Antigone, 450-470**

οὐ γάρ τί μοι Ζεὺς ἦν ὁ κηρύξας τάδε,  
οὐδ' ἡ ξύνοικος τῶν κάτω θεῶν Δίκη  
τοιούσδ' ἐν ἀνθρώποισιν ὤρισεν νόμους.  
οὐδὲ σθένειν τοσοῦτον ὥοιμην τὰ σά  
κηρύγμαθ', ὥστ' ἄγραπτα κάσφαλῆ θεῶν 455  
νόμιμα δύνασθαι θνητὸν ὄνθ' ὑπερδραμεῖν.  
οὐ γάρ τι νῦν γε κάχθές, ἀλλ' αἰεὶ ποτε  
ζῆ ταῦτα, κούδεις οἶδεν ἐξ ὄτου 'φάνη.  
τούτων ἐγὼ οὐκ ἔμελλον, ἀνδρὸς οὐδενὸς  
φρόνημα δείσασ', ἐν θεοῖσι τὴν δίκην 460  
δώσειν: θανουμένη γὰρ ἐξήδη, τί δ' οὐ;  
κεῖ μὴ σὺ προῦκήρυξας. εἰ δὲ τοῦ χρόνου  
πρόσθεν θανοῦμαι, κέρδος αὐτ' ἐγὼ λέγω.  
ὅστις γὰρ ἐν πολλοῖσιν ὡς ἐγὼ κακοῖς  
ζῆ, πῶς ὄδ' Οὐχὶ κατθανῶν κέρδος φέρει; 465  
οὕτως ἔμοιγε τοῦδε τοῦ μόρου τυχεῖν  
παρ' οὐδὲν ἄλγος: ἀλλ' ἄν, εἰ τὸν ἐξ ἐμῆς

μητρὸς θανόντ' ἄθαπτον ἠνσχόμην νέκυν,  
κείνοις ἂν ἤλγουν: τοῖσδε δ' οὐκ ἀλγύνομαι.  
σοὶ δ' εἰ δοκῶ νῦν μῶρα δρῶσα τυγχάνειν, 470  
σχεδὸν τι μῶρω μωρίαν ὀφλισκάνω.

## 5. La città che accoglie

*Romolo e Remo, morto il nonno Amulio, abbandonata Alba, la città nata dalla mescolanza dei Troiani con i Latini, decidono di fondare una nuova città. Il problema però è popolarla e a questo fine decidono di aprire un asylum, un luogo di accoglienza in cui ciascuno, non importa se schiavo, debitore, etc., sarebbe stato ben accetto. Nel testo latino Tito Livio narra l'apertura dell'asilo da parte di Romolo dopo gli atti fondanti le prime istituzioni dell'Urbe.*

### Articolo 14

1. Ogni individuo ha il diritto di cercare e di godere in altri paesi asilo dalle persecuzioni.
2. Questo diritto non potrà essere invocato qualora l'individuo sia realmente ricercato per reati non politici o per azioni contrarie ai fini e ai principi delle Nazioni Unite.

### Plutarco, *Romolo*, 9, 1-3 l'*asylum*

Ἀμουλίου δ' ἀποθανόντος καὶ τῶν πραγμάτων καταστάντων, Ἄλβην μὲν οὐτ' οἰκεῖν μὴ ἄρχοντες οὐτ' ἄρχειν ἐβούλοντο τοῦ μητροπάτορος ζῶντος, ἀποδόντες δὲ τὴν ἡγεμονίαν ἐκείνῳ καὶ τῇ μητρὶ τιμὰς πρεπούσας, ἔγνωσαν οἰκεῖν καθ' ἑαυτούς, πόλιν ἐν οἷς χωρίοις ἐξ ἀρχῆς ἐνετράφησαν κτίσαντες: αὕτη γὰρ εὐπρεπεστάτη τῶν αἰτιῶν ἐστίν [2] ἣν δ' ἴσως ἀναγκαῖον, οἰκετῶν καὶ ἀποστατῶν πολλῶν ἠθροισμένων πρὸς αὐτούς, ἢ καταλυθῆναι παντάπασι τούτων διασπαρέντων, ἢ συνοικεῖν ἰδίᾳ μετ' αὐτῶν. ὅτι γὰρ οὐκ ἤξιον οἱ τὴν Ἄλβην οἰκοῦντες ἀναμειγνύναι τοὺς ἀποστάτας ἑαυτοῖς οὐδὲ προσδέχεσθαι πολίτας, ἐδήλωσε πρῶτον μὲν τὸ περὶ τὰς γυναῖκας ἔργον, οὐχ ὕβρει τολμηθὲν ἀλλὰ δι' ἀνάγκην, ἐκουσίῳ ἀπορίᾳ γάμων: ἐτίμησαν γὰρ αὐτὰς ἀρπάσαντες περιττῶς. [3] ἔπειτα τῆς πόλεως τὴν πρώτην ἵδρυσιν λαμβανούσης, ἱερόν τι φύξιμον τοῖς ἀφισταμένοις κατασκευάσαντες, ὃ Θεοῦ Ἀσυλαίου προσηγόρευον, ἐδέχοντο πάντας, οὔτε δεσπότηαι δοῦλον οὔτε θῆτα χρήσταις οὐτ' ἄρχουσιν ἀνδροφόνον ἐκδιδόντες, ἀλλὰ μαντεύματι πυθοχρήστῳ πᾶσι βεβαιοῦν τὴν ἀσυλίαν φάσκοντες, ὥστε πληθῦσαι ταχὺ τὴν πόλιν, ἐπεὶ τὰς γε πρώτας ἐστίας λέγουσι τῶν χιλίων μὴ πλείονας γενέσθαι. ταῦτα μὲν οὖν ὕστερον.

### Tito Livio, I 8, 5: *asylum*

[8] Rebus divinis rite perpetratis vocataque ad concilium multitudine quae coalescere in populi unius corpus nulla re praeterquam legibus poterat, iura dedit; quae ita sancta generi hominum agresti fore ratus, si se ipse venerabilem insignibus imperii fecisset, cum cetero habitu se augustiorem, tum maxime lictoribus duodecim sumptis fecit. Alii ab numero avium quae augurio regnum portenderant eum secutum numerum putant. me haud paenitet eorum sententiae esse quibus et apparitores hoc genus ab Etruscis finitimis, unde sella curulis, unde toga praetexta sumpta est, et numerum quoque ipsum ductum placet, et ita habuisse Etruscos quod ex duodecim populis communiter creato rege singulos singuli populi lictores dederint. Crescebat interim urbs munitionibus alia atque alia appetendo loca, cum in spem magis futurae multitudinis quam ad id quod tum hominum erat munirent. Deinde ne vana urbis magnitudo esset, adiciendae multitudinis causa vetere consilio condentium urbes, qui obscuram atque humilem conciendo ad se multitudinem natam e terra sibi prolem ementiebantur, locum qui nunc saeptus descendentibus inter duos lucos est asylum aperit. Eo ex finitimis populis turba omnis sine discrimine, liber an servus esset, avida novarum rerum perfugit, idque primum ad coeptam magnitudinem roboris fuit. Cum iam virium haud paeniteret consilium deinde viribus parat. Centum creat senatores, sive quia is numerus satis erat, sive quia soli centum erant qui creari patres possent. Patres certe ab honore patriciique progenies eorum appellati.

## 6. Plutarco, *Romolo*, 11, 8: il *mundus*

### Articolo 14

1. Ogni individuo ha il diritto di cercare e di godere in altri paesi asilo dalle persecuzioni.
2. Questo diritto non potrà essere invocato qualora l'individuo sia realmente ricercato per reati non politici o per azioni contrarie ai fini e ai principi delle Nazioni Unite.

*Seppellito il fratello Remo, morto nello scontro che precedette la fondazione della città, Romolo fece venire dall'Etruria esperti di leggi e testi sacri che gli spiegassero ogni aspetto del rituale da attuare. Fu scavata una fossa circolare attorno al Comizio e deposte offerte votive per ottenere il favore degli dei. Romolo però aveva bisogno di più abitanti per popolare la nuova città, e così accolse pastori latini ed etruschi, alcuni anche d'oltre mare, Frigi affluiti sotto la guida del suo avo Enea, oltre ad Arcadi arrivati sotto quella di Evandro. Ogni abitante portò una piccola zolla di terreno e la gettò, mischiata alle altre, nella fossa chiamata mundus, che costituiva proprio il centro della città. Fu poi tracciato il solco primigenius tutto intorno alla città, i cui confini ne rappresentavano il pomerium, racchiuso all'interno delle mura "sacre".*

ὁ δὲ Ῥωμύλος ἐν τῇ Ῥεμωρία θάψας τὸν Ῥέμον ὁμοῦ καὶ τοὺς τροφεῖς, ὄκιζε τὴν πόλιν, ἐκ Τυρρηνίας μεταπεμψάμενος ἄνδρας ἱεροῖς τισὶ θεσμοῖς καὶ γράμμασιν ὑφηγουμένους ἕκαστα καὶ διδάσκοντας ὥσπερ ἐν τελετῇ.

βόθρος γὰρ ὠρύγη περὶ τὸ νῦν Κομίτιον κυκλοτερῆς, ἀπαρχαί τε πάντων, ὅσοις νόμῳ μὲν ὡς καλοῖς ἐχρῶντο, φύσει δ' ὡς ἀναγκαίοις, ἀπετέθησαν ἐνταῦθα. καὶ τέλος ἐξ ἧς ἀφίκτο γῆς ἕκαστος ὀλίγην κομίζων μοῖραν ἔβαλλον εἰς ταῦτό καὶ συνεμείγνυον. [2] καλοῦσι δὲ τὸν βόθρον τοῦτον ᾧ καὶ τὸν ὄλυμπον ὀνόματι μοῦνδον. εἶθ' ὥσπερ κύκλον κέντρον περιέγραψαν τὴν πόλιν. ὁ δ' οἰκιστὴς ἐμβάλων ἀρότρον χαλκῆν ἕνιν, ὑποξεύζας δὲ βοῦν ἄρρενα καὶ θήλειαν, αὐτὸς μὲν ἐπάγει περιελάντων αὐλακα βαθεῖαν τοῖς τέρμασι, τῶν δ' ἐπομένων ἔργον ἐστίν, ἃς ἀνίστησι βώλους τὸ ἄροτρον, καταστρέφειν εἶσω καὶ μηδεμίαν ἔξω περιορᾶν ἐκτρεπομένην. [3] τῇ μὲν οὖν γραμμῇ τὸ τεῖχος ἀφορίζουσι, καὶ καλεῖται κατὰ συγκοπὴν πωμήριον, οἷον ὀπισθεν τεῖχους ἢ μετὰ τεῖχος: ὅπου δὲ πύλην ἐμβαλεῖν διανοοῦνται, τὴν ἕνιν ἐξελόντες καὶ τὸ ἄροτρον ὑπερθέντες διάλειμμα ποιοῦσιν. ὅθεν ἅπαν τὸ τεῖχος ἱερὸν πλὴν τῶν πυλῶν νομίζουσι: τὰς δὲ πύλας ἱεράς νομίζοντας οὐκ ἦν ἄνευ δεισιδαιμονίας τὰ μὲν δέχεσθαι, τὰ δ' ἀποπέμπειν τῶν ἀναγκαίων καὶ μὴ καθαρῶν.

ὅτι μὲν οὖν ἡ κτίσις ἡμέρα γένοιτο τῇ πρὸ ἕνδεκα καλανδῶν Μαΐων, ὁμολογεῖται, καὶ τὴν ἡμέραν ταύτην ἑορτάζουσι Ῥωμαῖοι, γενέθλιον τῆς πατρίδος ὀνομάζοντες. ἐν ἀρχῇ δ' ὡς φασιν οὐδὲν ἔμψυχον ἔθουον, ἀλλὰ καθαρὰν καὶ ἀναίμακτον ὄντο δεῖν τῇ πατρίδι τὴν ἐπώνυμον τῆς γενέσεως ἑορτὴν φυλάττειν. οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸ τῆς κτίσεως βοτηρικὴ τις ἦν αὐτοῖς ἑορτὴ κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν, καὶ Παρίλια προσηγόρευον αὐτήν.

### Verg., *Aen.*, XII 821-842: i patti tra Giove e Giunone

*Giove vieta a Giunone di causare altre disgrazie ai Troiani; Giunone acconsente ponendo come condizione la fusione tra i due popoli che Giove accetta di buon grado.*

illud te, nulla fati quod lege tenetur,  
pro Latio obtestor, pro maiestate tuorum: 820  
cum iam conubiis pacem felicibus (esto)  
component, cum iam leges et foedera iungent,  
ne vetus indigenas nomen mutare Latinos  
neu Troas fieri iubeas Teucrosque vocari  
aut vocem mutare viros aut vertere vestem. 825

sit Latium, sint Albani per saecula reges,  
sit Romana potens Itala virtute propago:  
occidit, occideritque sinas cum nomine Troia.'  
olli subridens hominum rerumque repertor:  
'es germana Iovis Saturnique altera proles, 830  
irarum tantos volvis sub pectore fluctus.  
verum age et inceptum frustra summitte furorem:  
do quod vis, et me victusque volensque remitto.  
sermonem Ausonii patrium moresque tenebunt,  
utque est nomen erit; commixti corpore tantum 835  
subsident Teucri. morem ritusque sacrorum  
adiciam faciamque omnis uno ore Latinos.  
hinc genus Ausonio mixtum quod sanguine surget,  
supra homines, supra ire deos pietate videbis,  
nec gens ulla tuos aeque celebrabit honores.' 840  
adnuit his Iuno et mentem laetata retorsit;  
interea excedit caelo nubemque relinquit.

## 7. Accogliere gli esuli

